

Petrus de Vinea

*Ep. V 32 (Ad nostrae maiestatis
presentiam accedens...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 32 (Ad nostrae maiestatis
presentiam accedens...)*

post maggio 124

Quod aliquis miles recipiatur ad stipendia curiae.

1. Ad nostrae maiestatis presentiam accedens I. de..., miles fidelis noster, celsitudini nostrae humiliter supplicauit, ut, cum pro fide nobis seruanda, relictis omnibus stabilibus suis, a ciuitate Placentina nostris rebellibus discedendo, ad nostra seruitia uenerit moraturus, et in eisdem seruitiis nostris cum dilecto filio nostro H., illustri rege Sardiniae, sacri Imperii in Ytalia generali legato, hactenus steterit, armis et equis munitus fideliter et deuote, ad suae uitae sustentationem cum aliis stipendiariis nostris ipsum recipi de nostrae benignitatis gratia mandaremus. 2. Nos ita ipsius I. supplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, si memoratus I., fidelis noster, armis et equis ad te munitus uenerit, condecenter ipsum inter alios stipendiarios milites, qui tecum in nostris seruitiis commorantur, recipere non postponas: prouisurus eidem in stipendiis sicut uni ex aliis stipendiariis supradictis per te prouidebitur de mandato nostrae celsitudinis speciali.